



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-127243-p0001-0

DFG



1793.

- \* 1. Bestcheff-Rumin, Ioanna Huenica Tudorica, Curiosa, de: Responsa iur. XXX, XXXI et XXXII. Programma, quo quatuor facultatum decanis  
reverentes et reliqui assessores memoriam anniversariam Ioannae Huenicae Tudoricae, Comitissae de Bestcheff-Rumiis . . . celebrandam indicant.
- \* 2. Bonius: Responsa iur. XXVI, XXVII et XXVIII. Programma, quo ordinarius senior et reliqui per  
iur. assessores memoriam Bonianam . . .  
recolendam . . . indicant.
- \* 3. Greenui, hug. Frider. hygini (Reuissione  
liberorum ambulacionum). Programma, quo  
secularia Doctoralia Samuels Friderici Hungariorum  
indicit.
- \* 4. Sichelius, Ioanna Curadus: Responsa iur. XXIX.  
Programma, quo ordinarius senior et reliqui  
assessores fac. iur. solemnia Doctoralia Ioannis  
Corvallis Sichelii illustrat.

1793.

5. \* Sylvesterus et P. Brueckner, Rudolphus Ferdinandus:  
I. b. de: De inicio sanitatis studii, saepe  
vel optimam sanitatem prouagente. Programma, 9.  
quo trium superiorum facultatum decani' studio  
res et reliqui assessores . . . memoriam 10.  
Rudolfi Ferdinandi I. b. de Sylvester et  
Brueckner . . . recolendam invenit.
6. Petrus annus, Iur. L. d. : Programma, quo solen-  
tia Doctoralia Cuiusdāni Wincleri indicid. 11.  
12.
7. Baunerus, Henricus Goliardus, fac. iur. processu-  
llarius: Pauli constitutio, rapere occa-  
sionem, quae benignius responsum proallectu,  
ad orationem patrem suum justitiae per-  
tinere. Programma, quo solennitatis Doctoralia  
Invent. Iur. Cuiusdāni Persotii . . . in Dext. 14.
8. Brinerus, Christianus Goliardus: De ducata agne  
electrīta Taximē post mortem Alberti III., 15.  
ultimi ex familiā Leonardiārum V. Hebergens.

Electoris in Fridericorum publicorum, Marchionis  
Moenensis collato.

9. Prinnerus, Christianus Gallus: De cattione  
pendorum.

10. Erhardus, Christianus Daniel: De ampliationibus  
iudiciorum publicorum apud Romanos

11. Erhardus, Christianus Daniel: De fundamento iuris  
punientis.

12. Erhardus, Christianus Daniel: De ampliationibus.  
iudiciorum publicorum apud Romanos.

13. Freck, Ferdinandus Galli: De auxiis gratiae  
et deserto ea regibus ecclesiasticis Secundus  
aestimando.

14. Hanboldus, Christ. Gall: De legato nomine.

15. Hanboldus, Christ. Gall: De jure afferendi ex quo  
in priorem erectorum locam successum.

16. Hermannus, Warus, Fridericus: De iuribus et  
obligacionibus videlicet Saxonicis, qui testamento  
uxoris fideicommisso gravibus est universalis.

1793.

17. Tenghaeis, Samuel Fredericus: De gabellae debra  
ex usu fori saxonici Electoralis aetimanda.

Ipsu. I.

18. Tenghaeis, Samuel Fredericus: De gabellae debra  
ex usu fori saxonici Electoralis aetimanda.

Ipsu. 2.

19. Kindius, Hieronymus Theophilus: De XII Turbin  
iariae et ceteris Ipsu. I.

20. Knobelsdorff, Iacobus Christianus: De kuropogio se  
ren pacis publicae turbatorum ad canes portando  
damnatio.

21. Knobelsdorff, Iacobus Christianus: De um hodie cum  
legis XIX. Bz. de usu et usu fractus et redditus ei-

22. Porcius, Iacobus Guilielmus: De distinctione inter  
austrum occidentis dicitum et indirectum.

23. Puchmannus, Ios. Th. En fac-jus pro cancellaria;  
Programma, quo sollempniter inaugura alia Iwan. Stidie  
Hermannii indicat.

1793.

24. Rennig, Carolus Gallus : De castratione in brachio.

do jure naturae nostra imprimit aetate maxime necessaria. Progenies, nativitas, auspicias, prae-  
missum.

25. Sebas, Christianus Ludovicus : De matthescos dts.  
ciplina et usum

26. Lichelius, Iacobus Corades : Diocletianus et  
Maximianus sine de vita et constitutionibus  
P. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii  
Valerii Maximianus.

27. Stockmannus, Magister Cornelius : De transactionibus  
ab noviter reporta instrumenta vocis iuris.

28. Windklerus, Christianus : De interruptione, am-  
bitioris ac praescriptionis.











174825.

1793,4.

ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES  
FACULTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS

SVPREMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

C V M S P E

IN COLLEGIO SVO ORDINE ALIQVANDO ASSIDENDI

VIRO CLARISSIMO

M. IOANNI CONRADO SICKELIO

L I P S I E N S I

D. XXVII. SEPTBR. A. C. CCCCCXIII.

COLLATOS INDICVNT

---

I N E S T

*Responso*r. Iur. XXIX.



---

## RESPONS. XXIX.

*Obligatio vasalli, haeredi antecessoris pecuniam, soluendo  
feudali debito impensam, restituendi, iustis limitibus  
circumscripta.*

**D**ebita feudo inhaerere, quae, superfit allodium, an minus, in quemcunque successorem simulin estitum non minus ac filium transeunt, et alia, deficiente demum haerede, ad feudi participem pertinentia, iuris clientelaris intelligentes non fugit. Quam ob rem, si praeterea traditur, ex debito feudali, quod vasallus soluerit, nouam obligationem reuiuiscere posse, vereque sic reuiuiscere, ut, qui in feudo succedat, eius haeredi allodiali sortem numeratam, vel omnem, vel ex parte haereditatis aestimandam reddere teneatur, nemine monente intelligimus, id in solo debito feudi principali, non subsidiario, contingere posse. Quia enim haec vasallus per se, et sine respectu ad feudum debet, cogitari nequit, ut eorum solutione suis haeredibus feudi compotem factum deuiniciat. Id vero cogitatu intellectu que longe difficilis est, successorem in feudo, quae ant-

cessor feudi causa persoluerit, ut eius haeredi restituat, iure obligari.

Si dixeris, considerandum esse, num existant nomina eiusmodi, ad quae expungenda solius feudi causa vasallus obligetur, ut, si refutatione illud in filium agnatumque, vel simultaneo inestitum transtulerit, actionem contra eum creditor nullam habeat. An an soluendum, quod debebatur, vasallus personaliter obligatus fuerit; Iustam haeredum eius, qui creditorem dimiserit, in illo exemplo esse repetitionem, in hoc non aequa, nisi ponamus, personalem illam defuncti vasalli obligationem non eiusdem solius, communem potius cum beneficii successoribus fuisse, ut videlicet hos pro qua rata ab obligatione liberati sint, non minus, quam in primo exemplo ab haeredibus defuncti utili negotiorum gestorum actione iuste conueniri existimes, haec sententia non solum iuris ratione, sed consensu etiam FRIDER. ESAIAE PVFFENDORE. viri summae, vti par est, in foro auctoritatis, consensu, Tom. I. *Obseruat.* CCXLII. suffulta esse videtur.

Videlicet quo ipso hic vir Celeberrimus in *d. Obseruat.* eius debiti, cui personalis obligatio in eo non deest, qui soluit, iustum quodammodo haeredum repetitionem dicit, et iudicato confirmat, multo magis eandem tacite iustum approbasse existimandus est in pecunia, qua vasallus, per se non obligatus, beneficium ab obligatione ei inhaerente liberavit, sponte sua penderit, an hypothecaria creditoris actione petitus, modo pignus feudum omnino, certe simul successoris

causa

5

causa afficerit. Quod si enim ponimus hypothecam, inconsulto, vel iuste contradicente successore, feudo inscriptam, factamque liberationem, largior lubens, inanem esse debere pristini debitoris haeredum repetitionem contra nouum vasallum directam. Quia, si creditor dimissus non fuisset, pignoris obligatio feudo imposita ob successionem in extraneum, agnatum vel simulinuestum, deuolutam ipso iure euanuisset. Idque secundum iuris regulam, qua dantis iure extincto simul ius accipientis resoluti docemur.

¶ Sin vero aes alienum ponimus ab antecessore conflatum, hypotheca adiutum, ex ipsa beneficij acquisitione, tanquam pretii residuum, aliae obligationis causa descendat, quae creditori contra praesentem vasallum, eundemque originarii debitoris non haeredem, atque aduersus reliquos inuestitura comprehensos auxiliatur, idemque a vafallo extinctum, huius haeredes pecuniam solutioni impensam, ab eo, cui feudum cessit, sic petere, vt ius commune non minus, ac feudale, idemque commune et Saxonicum petitioni opituletur, haud dubius profiteor. Nimirum nomina feudo, quorum interest, consensu inscripta, perpetuum sic onus constituant, vt ipsam feudi substantiam minuant, adeoque, quamdiu existunt, vasallum, eundemque fructuarium, vt usuras creditori persoluat, obligent, ipsiusque, vrgente solutionem creditore, beneficij vel novo creditorij oppignorandi, vel vendendi necessitatem sic efficiant, vt, quantum, dimisso creditore de pretio supersit, aut in feudum

an*i*

A 3

offera-

offeratur, aut novo beneficio comparando impendatur, factoque alterutro pristinae inuestiturae ratio restituatur. Quae quum ita sint, quis dubitauerit, eiusmodi debiti solutione pro eius modo augeri substantiam feudalem, quam aliquando capessendi agnatio vel simultanea inuestitura ius tribuat, ut, successione deuoluta, quale eius augmentum sit, liqueat. Cuiusmodi augmenti restitutionem quum ius beneficiarium *II. Feud. XXVIII. §.* *Si vasallus etc.* ipsi domino ex utilis dominii receptione verbis, *vel ipsum sua pecunia meliorauerit,* diserte imponat, omnino non est, quod de alio successore disputemus.

Num vero aequa fauendum sit haeredibus debitoris eius, qui feudum ab obligatione liberavit, quam vel ipse, vel antecessor, cuius haeres extitit, contraxerat, grauior profecto dubitatio. His *PVFFENDORF. d. l.* actionem contra successores feudales non haeredes pristini debitoris negat. Cui sententiae ut secundum principia iuris clientelaris communis, ad quae respexit Vir Celeberrimus, agnatio, an simultanea inuestitura successionem tribuat, omnino subscribam, mihi persuadere non possum. Minus enim dubium iure Saxonico esse, ut haeredibus amplius patrocinemur, *Conf. XLVI. P. II.* per se loquitur. Haeredibus vasalli, qui debitum a se contractum soluit, quia solutione non agnatorum, suum potius negotium gesserit, repetitionem *PVFFENDORF.* negat. Et largior, si negotium agnatorum solutione gestum non sit,

ius

7

ius agendi haeredibus aduersus feudi successorem esse nullum. Existimo tamen fieri posse, ut eius, quod ipse contraxerit, vel contraxisse, utpote haeres, habendus sit, debiti solutione vasallus agnatorum vel simultaneo inuestitorum potius, quam suam et haeredum utilitatem, effecisse, adeoque negotium cessisse videatur.

Ponamus feudum a viro, numerosa prole stipato, acquisitum, simulque extraneos in communem manum receptos, vel, vbi ius commune obtinet, antiqui iure concessum, et, ne futura haereditas filiarum detimento nimis exhauriatur, propter partem pretii residuum simul oppignoratum. Hoc factio filiis aequi, ac simultaneo inuestitis agnatisque succedendi ius non in feudum liberum, sed pretii residuo obligatum esse tributum, probatissimi iuris clientelaris interpres defendunt, et, missi pignoris nexu, ex ipsa debiti natura consequi statuunt, ut, mortuo vasallo soluendi huius alieni aeris obligatio non in filias, in solos potius filios, aliquique generis successores feudales, transeat, modo ipsum dominum excipias, quippe cui minus recte dixeris successionem a vasallo acquirente concessam esse, ut potius apertura, ex natura beneficii, ipsiusque inuestiturae limitibus, ei comoda contingat, v. GEORG. ADAM. STRUV. in *Syntagma Iur. Feud.* Cap. XIV. §. 8. et CASPAR. HENR. HORN. in *Iprud. Feud.* Cap. XXI. §. 6. Quam ob rem hypothecariam quidem, si pignori consenserit, excipere actionem non recusabit, provocandi

vocandi tamen, haeredum debitoris causa, ad ordinis beneficium, facultatem ei denegare vix ausim.

Veros vasalli adquirentis successores autem, filii sint, agnati; an inuestitura comprehensi, qui videlicet omnes emolumentum successionis ei acceptum ferunt, certissime persuasum habeo, non esse audiendos, si creditoris petitio-  
nem vel non omnino, vel omnino non ad se, sed ad haere-  
des debitoris pertinere, excipient, ut potius doli malij re-  
plica illam exceptionem euertat. Quod non mireris.  
Videlicet ad successionem fundi, cuius pretii pars adqui-  
rentis voluntate ex fundo ipso soluenda debebatur, voca-  
tos a doli opprobrio quis facile vindicauerit, quos intellexerit  
id agere, ut beneficium ab onere ei adiuncto separarent,  
illud appeterent, hoc, inuito beneficii statore, cui quois  
iure beneficium suum circumscribere licet, fugerent,  
eoque ipso ex damno haeredum donatoris lucrum captarent,  
quo turpius cogitari non facile quicquam potuisse. Et  
quum, si quid video, consequatur, feudi successorem a cre-  
ditorē, ut pretii residuum soluat, conuentum, declinare  
hanc obligationem non posse, id quidem, dum res inter  
alios acta aliorum iura non ingreditur, creditoris actionem  
contra emtoris haeredem, nisi illa pacto se abdicauerit, non  
infingit, hoc tamen efficit, ut haeres, qui creditori satis-  
fecit, vel actione ab hoc ante solutionem sibi cessa, vel con-  
traria gesti negotii actione, cui praeter ciuita praecepta,  
ipsum ius clientelare d. §. Si vasallus etc. II. Feudor. XXVIII.

ICORADOV

secun-

secundum ea, quae praemissa sunt, patrocinatur, impetrandae indemnitatis causa vasallum iure aggrediatur.

Si ulterius progrediendo ponimus, debitum eiusmodi a vasallo et primi adquirentis successore, quisquis ille sit, filius, agnatus, an simul inuestitus, quos omnes illa obligationis vinculo contineri mihi demonstrasse video, extinctum esse, eiusque haeredes solutam sortem a successore feudali vel aequo haerede, pro parte haereditatis sibi delata, vel ab extraneo omnem repetere, secundum ea, quae a PVFFENDORFIO d. l. proponuntur, petitioni vel plane non, vel solum pro parte concedendum erit; quia suum gesserit negotium, non alienum, certe non omnino.

Verum enim uero aut nihil video, aut in hoc nostro exemplo cernitur, principio huic supposito non esse omnino subscribendum. Videlicet, residui pretii, quo feudum comparatum est, hanc esse rationem, ut feudum acquirens eius debitorem non tam se ipsum, quam potius feudum hoc modo quae situm constituat, ut filiis, simul inuestitis, et, pro re nata, agnatis spem succedendi non in integrum eiusmodi beneficij pretium, sed residua ista pretii parte deminutum faciat, adeoque cuius possessori futuro istud debitum non tanquam perpetuum, sed tanquam temporarium, usque dum beneficij fuerit compos duraturum, imponat. Et quoniam quilibet suae rei, quamecumque lubet, legem,

B

modo

modo bonis moribus non aduersantem, adscribere valet, ex hac nostri debiti natura consequitur, vt, quicunque vasallus beneficium ac hoc onere praeslita solutione liberauerit, sit ipse originarius debitor primusque acquirens, an eius haeres, an successor pacltius, hac sua solutione non solum soluunt, sed simul omnium successorum futurorum gessisse negotium censeri debeat.

Claret hoc luculentius, si feudi emtor a venditore stipulatus fuerit, vt, quod supersit pretii, non personali a se, vel suis haeredibus actione, sed hypothecaria ex feudo petat, ad nostri vero argumenti probationem, quoniam emtoris vendorisque nexum concernit, nihil attinet. Nobis sufficere debet, voluisse feudi acquirentem, et hanc eius voluntatem esse praesumendam, vt, quam soluere intermisit pretii partem, eius debitum non ad haeredes suos, sed ac successores in clientela pertineat, sufficit, hac acquirentis voluntate successores eius obligari, vt hoc cum beneficio onus simul suscipiant. Ex his enim suppositis necessario consequitur, vt, qui feudum ab hoc onere liberat, pecuniam huic liberationi impensam non in sua solum rei, sed eorum simul omnium, quos primae inuestiturae ratio ad successionem vocat, versionem collocasse existimandus sit. Hanc ob causam haeres eius, qui feudum oneri exemit, a successore feudali pecuniae numeratae restitutionem iure suo postulat. Si lex quidem feudalis d. §. Si vasallus etc. II. Feud. XXVIII. vasallum iubet,

sub-

substantiae feudalis augmentum reddere haeredi antecessori, a quo illud proficiscitur, idemque iuris ciuilis ratione est consentaneum, quod repetitioni impensarum animo gerendi alieni negotii non factarum petrocinatur, modo alteri proficuae reperiantur, *l. fin.* *D. Negotior. gestor.* *l. 38.*  
*d. R. V. l. 58. d. Legat. I.*

His conficitur, principium decidenda quaestio[n]is, haeres eius, qui debitum feudale soluerit quum feudum teneret, an solutum a successore feudali repetere valeat, non in eo collocandum esse, se ipsum, qui soluit, an aliud ab obligatione liberauerit, sed in eo vnicie, soluendi obligatio personae magis, an feudo, incubuerit? Ut eam, si illud, negemus, sin hoc, affirmare non dubitemus.

Quam si forte conclusionem nouo arguento sic impugnaueris, vasallum, qui suae obligationi satisfecerit, id propterea fecisse, vt ius agendi contra successorem in beneficio haeredi suo pareret, censendum non esse; Quoniam, si solutionem creditoru[s] sua sponte obtulerit, praesumptioni haeredi proficuae regula juris obstat, qua doceamur, nullo iure cogente factum ex animo donandi prosectorum praesumi; Nec res mutetur, si soluerit a creditore conuentus, quoniam, vt haeredi prospiceretur, non defuturus suisset alius, qui, iurium cessione sibi a creditore facta, pecuniam numerasset: Fateor quidem, speciem veritatis habere hoc ratiocinatum.

nium, praeter speciem profecto nihil. Regula iuris in sub-  
fidium vocata exceptionem potius constituit ab illa notissima  
regula, quae docet, animum donandi non esse praesumen-  
dum, et verba, nullo iure cogente, idem denotant, ac si  
dicas, quod absque vlla iuris vel ciuilis, vel naturalis, obli-  
gatione fit. Ecquis vero, si vasallus, etiam sua sponte, sol-  
verit, quod propter feudum suum debebat, affirmauerit,  
solutum esse, cuius soluendi nulla fuerit obligatio. Vt po-  
tius hominis, cui nummi non defunt, naturaliter interesse  
soleat, nihil debere, et ab onere vifurarum liberari. Igitur  
a natura hominis magis alienum esset, praesumere, solutum  
esse, vt feudum et cum eo futuri possessores extranei ab  
onere liberentur, quam existimare, sui solius causa vasallum  
soluisse, praesertim quum sciret, aequitatis rationem, quae  
exigit, vt, quod in feudum versum esse apparuerit, eius  
compos factus antecessoris haeredi restituat, ipsius iuris  
clientelaris praeceptis esse consentaneam. Si non quidem  
solum sui ipsius, sed simul etiam haeredis magis studio-  
sus, quam clientelae, et eius extranei successoris fuisse cen-  
fendus est.

Grauissimum in tuenda hac sententia Constit. Saxon.  
Electoral. XLVI. §. *Also auch etc. verbis und hätte dasselbig,  
so er zu nichts anders, denn allein zu Bezahlung des Lehngruths ange-  
wandt, ganz oder zum Theil bey seinem Leben nicht abgelegt, so soll  
diese Schuld durch die Lehnsfolger bezahlt werden, negotium nobis  
faceffit,*

faceſſit, ſi dum quidem conſtituit, feudi pretium, ſi mortuo vasallo nondum ſolutum reperiatur, a ſucceſſore feudi, non ab haerede ſoluendum eſſe, vi contrariorum, ſi pretii reſiduum ſolutum appareat, feudi ſucceſſorem ab obligatione exiñ repetenda liberare videtur. Sed peruaſum habeo, huic legi, quea haeredum cauſae diuerſimode egregie patrocinatur, illa verba legiſlatorem non eo animo appoſuiffé, vt haeredum iura circumſcriberet, et illa vasalli ampliaret, ſed rei praefentis magis illuſtranda cauſa. Legiſlator inter debita, ſi aliud haeres, aliud feudi ſuccesſor fuerit, huic incumbe‐tia ſimul aes alienum ipſius feudi comparandi cauſa con‐tractum et nondum ſolutum recenſet. Quum igitur de iure creditorum extraneorum hoc loco, non ſuccesſorum inter ſe, agitur, illudque ſolutione extinguitur, exiſtiman‐dum eſt, illustrationis, non eximendae aliud dubitationis cauſa factam ſolutionis eſſe mentionem. Vel etiam fortaffe propterea, quia ab arbitrio primi acquirentis pendet, feudi ab onere imposito liberandi. Ut adeo ſupponendum fit, empo‐rem pretii partem, acquisitionis tempore reſiduum, ſol‐viſſe ea mente, vt feudum ab onere liberaret, non, vt eius repetendi haeredi ſuo copiam faceret. Quo iure eum pol‐lere, modo frauſ legitimae haeredum non fiat, haudquaquam nego. Et quanquam haec voluntas iuriſ praeſumptione re‐gulariter deſtituitur, in primo tamen acquirente, praeſertim ſi pars pretii non ſoluta hypotheca expreſſa haud munitur, a veriſimilitudine parum aliena eſt.

B 3

Quam

Quam ob rem, ut PFEFFENDORFII sententiae subscribam  
et, quam alio iam loco tuitus sum, deferam, a me im-  
petrare non possum. Ut potius, si vasallus debitum eius-  
modi soluit, quod non solutum, defuncto eo, secundum  
iuris clientelaris rationem, quam in Saxonia nostra ex d.  
Constitut. XLVI. Part II. cognoscimus, non in haeredem  
sed in feudi successorem transiisset, persuasum habeam,  
eius illi ab hoc repetendi copiam non esse denegandam,  
nisi forte de voluntate defuncti constaret, ut non repe-  
teretur. De qua fateor, non in quois exemplo forte obla-  
to aequre constare. Velim equidem distinguere inter aes  
alienum, quod vasallus ipse sui, non feudi comparandi  
augendue, causa contraxit, et cui, ut fidem inueniret,  
feudum obligavit, et eiusmodi, quod cum feudo suscipere  
oportuit. Ex illo, si redditum fuerit, non putauerim, re-  
petitionem haeredi concedendam esse, quia defunctus cen-  
sendus sit, propriam fidem liberare voluisse, bene tamen  
ex hoc, nisi de eius, qui soluit, contraria voluntate aliunde  
constare possit.


Induxit me in has meditationes quaestio haud ita pri-  
dem collegio proposita. Quidam nobilis de M. opibus abun-  
dans feudum Sa. ex simultanea inuestitura natus, sortem  
aliquot millium ex illo debitam, quum usurae ipsi incom-  
modae essent, creditori soluerat, et, ne videretur, onus  
praedio eximere voluisse, nulla eius rei mentione, hypothe-

cae

cae tabulis publicis inscriptae causa, in curia feudali facta, receptum chirographum simul cum apocha in scrinio asseruaverat, forte inque redditam inter activa haeredi suae aliquando cessura retulerat. Quo mortuo improle, quum agnati ex inuestitura praedium Sa. simul cum praediis Se. et B. tenuissent, ei se quicquam patrui sui haeredi W. debere negassent, conueniebantur, et, disputatione finita, sortem cum usuris ex quo feudum ipsis delatum esset, reddere in Senat. Prouocatt. iubebantur. Hi numero tres, interposita leuteratione, satius duxerant litem transactione finire, quam nouam sententiam expectare, et aliqua iudicati parte remissa, creditori satisfecerant. Praeterea pacto nomina expresserant, quae in gente M. onera feudalia haberentur, singula singulis praediis inscripta, exceptis nummis quos W. pendere forte oportuerit, ab unoquoque suis sumtibus ferendis. Quo facto quum nuper ex his unus obiisset, utroque superstite successore feudali, altero eorum simul haerede relicto, haeresque a conuasallo sibi partem dimidiariam eius quantitatis restitui peteret, quam olim defunctus haeredi W. numerasset, et, an id iure fieret, ex nobis quaereretur, secundum ea, quae proponerentur, propter cautionem, ne, quod ab unoquoque solutum esset, aliquando inter onera feudalia referretur, nouissimo pacto insertam, nos iure id non fieri respondimus, his verbis:

*Ob nun wohl, daß die der Landerbin C. W. v. M. günfig gewesene Definitivsentenz wider dessen Lehnsfolger bestätigt worden*

*seyn*



seyn würde, wenn letztere die dawider eingewandte Leuterung fortgesetzt hätten, und die Sache nicht durch Vergleich beendigt worden wäre, keinem Zweifel unterworfen, da jene Summe derer 9000 fl. — als das damalige Obiectum litis auf der Lehmsasse mit sämtlicher Lehnfolger und selbst des Lehnsherrn Einwilligung gehaftet, auch C. W. v. M. dessen Schuldigkeit solche zu vertreten, nur vom Besitze und der Benutzung des Guths Sa. abgehängt, bey deren Bezahlung die Absicht die Lehmsasse zu vergrößern nicht nur nach rechtlicher Vermuthung nicht gehabt, sondern sogar durch Aufzeichnung dieser Summe unter denen Lehnsschulden, veranlaßte Unterschrift dieses Verzeichnißs von denen Mitbelehnten, und nicht bewirkte Löschung der deßhalb verschriebenen Hypothek das Gegentheil gnüglich zu erkennen gegeben hatte; Hiernächst das zum Nutzen eines Lehnguths verwendete, nach gemeinen und Churfälsischen Lehnrechten II. Feud. XXVIII. §. Si vasallus etc. Part. II. Conſt. XLVI. für Lehnsschuld zu achten iſt, v. etiam STRUV. Synt. Iur. Feud. Cap. XIV. §. 6. sq. HORN Iprud. Feud. Cap. XXI. §. 5. und Schulden welche die Lehmsasse nicht ob defectum allodii nur in subsidium sondern principaliter betreffen, als onera realia auf jeden Lehnfolger übergehen, weßhalb in der Regel vielmehr auf diesen Unterschied als die von FR. ES. PVFFENDORF. Tom. I. Obs. 242. gemachte Distinction auch in dem vor Augen liegenden Falle zu ſehen iſt; Diesemach sowohl Vertrag, als Geſetze und rechtliche Analogie die Anforderung der v. W. gegen die v. M. unterſützt; Auch der gemachte Einwand, daß nach einem vorhandenen Familienvertrage die Landerben eines verſtorbenen Vasallen von dessen Lehnfolgern keine

keine Meliorationes feudi zu fodern befugt seyn sollen, hierwieder nicht in Betrachtung kommen mögen, worunter nur in das Guth selbst durch Gebäude und andere Anlagen verwendete Kosten, in Ansehung deren, ob die Einkünfte in der That vermehret worden, oft nicht geringem Zweifel unterworfen, verstanden, nicht aber auch zu bereits anerkannter Lehnsschulden-Tilgung verbrauchte Geldsummen, durch deren Ablehnung die Lehnsholger mit derer Landerben Schaden offenbar sich zu bereichern suchen müssten, zugleich dahin gezogen werden dürfen, hieraus aber auch, da alle diese Gründe nicht weniger zu Unterstützung des gegenwärtigen Landerbens in so weit er nicht zugleich Lehnsholger ist, einzutreten scheinen, die rechtliche Folge sich zugleich ergeben dürfte, daß F. S. v. M. nach dem Verhältnisse der ihm an dem Guthe Sa. zugekommenen Succession seines verstorbenen Bruders Landerben gleichermaßen zu befriedigen gehalten sey, und nur in soweit letzterer zugleich Lehnsholger ist, debiti et crediti confusio eintrete:

D. a. u. d. nach vorangezogenen Gründen die Verbindlichkeit des Lehnssuccessoris dem Erben seines Vorgängers die von diesem abgetragenen Lehnsschulden zu erfüllen, hauptsächlich auf der rechtlichen Vermuthung beruhet, daß letzterer die Absicht gehabt habe, nur sich für seine Person der Schuld zu entledigen, nicht aber die Lehnsmasse zu verbessern und sein Erbguth damit zum Nachtheil seiner Landerben zu verringern; Angesehen, wenn dieses für wahr zu halten, dem Ansprüche des Erbens von dem welcher die Schuld bezahlet, und welchem seines Erbläffers Handlungen nach ihrer wahren

C

Be-

Beschaffenheit anzuerkennen, als Erben oblieget, da dieser solchenfalls eine impugnationem facti a defuncto suscepti virtualiter erhalten müsse, nicht statt zu geben ist; Nach der Geschichtserzählung aber D. A. v. M. nebst seinen damaligen Litisconsorten in jenem mit A. v. W. und deren Erben geführten Rechtsstreite nicht nur gleich Anfangs daß die zu solcher Zeit streitigen 9000fl. eine Lehnshuld seyn, verneinet, und nachdem sie dafür im Endurtheil geachtet worden, hierwieder Leuterung eingewendet, mithin sowohl hierdurch, als in dem hierauf mit ihren Gegnern abgeschlossenen Vergleiche, mittelst dessen sie ein ziemliches Quantum an der eigentlich schuldigen Summe ersparet, bey ihrer Meinung stillschweigend verblichen, sondern auch hierüber mittelst eines untereinander abgeschlossenen Vertrags sich wechselseitig dahin verpflichtet, daß in soweit einer von ihnen die mit dem auf seinen Anteil erhaltenen Lehnguthe übernommenen Schdden getilgt haben, und ohne Lehnserben versterben würde, die übrigen solche dessen Landerben unweigerlich erstatteten, die streitigen 9000fl. aber, wenn diesfalls condemnatorisch erkannt werden sollte, sie conjunctim bezahlen wollten; Aus diesem Gegensatze aber, der Rechtsregel, quod quisque iuris in alterum statuit, eodem ipse vtatur, nicht zu gedenken, sich offenbar zu Tage leget, daß sämtliche damahlige Litisconsorten es sowohl für wahr angenommen, daß diese damals streitige Summe keine Lehnshuld sey, als auch ihre Willensmeinung gewesen, daß sie dafür von ihrer Nachkommenschaft nicht angesehen werden solle; Im übrigen, daß jedem Vasallen frey siehe, seinen Erben desjenigen Vortheils, welcher ihm aus der 46sten Constit. Part. II. erwachsen könnte, zu entsetzen, eben so wenig

wenig rechtlichem Zweifel unterworfen, als, daß aus Verträgen erwachsende Befugnisse und Obliegenheiten, in so weit sie nicht auf die Person eingeschränkt worden, zugleich auf die Erben übergehen: So ist D. v. M. auf Erstattung derer von seinem Erblasser ebendem C. W. v. M. Landerben bezahlten 3133 Rthlr. gerichtetes Suchen weder ganz, noch zum Theil für rechtsgültig zu achten V. R. W.

Haec scribendi nobis opportunitatem fecit Vir Amplissimus et Consultissimus

## IOANNES CONRADVS SICKEL

A. M.

qui de se suisque rebus sic nobis exposuit:

Natus sum Lipsiae, anno huius saeculi sexagesimo nono, a. d. sextum Mensis Iunii, patre Christophoro Conrado, mercatore, matre Christiana Elisabetha, e gente Weissiana. Qui optimi parentes, summi in me amoris et hoc praeclarissimum ediderunt monimentum, ut de ingenio meo animique indole formandis quam maxime solliciti, optimis, qui iis innotuissent praeeceptoribus me puerum regendum erudiendumque traderent. Ex his in primis commemorandis est Lunzius, nunc scholae Nicolaitanae, quae hac in vrbe floret, collega tertius, qui per vndeclim annos tam insigne atque impigre studium in me docendo educandoque

C 2


posuit,

posuit, vt summas, quas ei hoc nomine debeo, gratias  
ne verbis quidem exprimere, multo minus, vti debe-  
rem, reddere possim. Adultior factus, scholam Nico-  
laitanam frequentare coepi, ibique per quadriennium  
fere praceptoribus gauisus sum Martinio, viro in ex-  
teris prouinciis non minus, quam apud nos, eruditio-  
nis fama celeberrimo, et Forbigero, de cuius in iuuen-  
tus, ipsius disciplinae commissos, meritis, apud omnes  
constat. Anno deinde millesimo septingentesimo octo-  
gesimo sexto, relicta schola Nicolaitana, a b. Dathio,  
Rectore Vniuersitatis Magnifico, numero ciuium acade-  
micorum adscriptus sum. Iam, cum iuris studio vitam  
praecipue consecrare apud me constituisse, praelectio-  
nibus Bieneri et Sammeti, de iure naturali et publico  
vniuersali habitis, interesse coepi. Ius civile Romanum,  
eiusque historiam iidem me docuerunt Bienerus et Sam-  
metus, quorum praeterea illum in iure clientelari, hunc  
in historia iuris Romani litteraria praceptors habui.  
B. Schottum audiui ius Germanicum priuatum, canon-  
icum ac criminale exponentem, eundemque ita vt Kin-  
dium, nunc Electori nostro Serenissimo a prouocatio-  
num consiliis, iura patria atque ordinem, quo caussae  
coram iudice agi solent, illustrantem. Artem scripta  
forensia conficiendi me docuit idem Schottus, illamque  
caussas referendi et decidendi, Einertus. Cum vero  
probe intellexissem praeter iuris scientiam et illam philo-  
sophiae,

sophiae, historiae, et quae humaniores dici solent litterarum colendam esse, in philosophia addiscenda Seydlitzium ducem elegi et Plattnerum, cuius scholis per integrum triennium adsidue interfui. Historiam univeralem e Wenkio didici, rem diplomaticam e Wilandio, Saxoniae historiam, formam et iura ex Arndtio. In mathematicis disciplinis sequutus sum Hindenburgum. Latii scriptores interpretanti adsed Aug. Guil. Ernestio, qui idem, ita vt b. Reizius, Beckius, Rauius et b. Richter in arte latine scribendi et disputandi me exercuit. Summae impietatis foret, silentio praetermittere Hauboldum, qui, ex quo iuri addiscendo operam dare coepi, per plures annos, iuris, praesertim Romani, principia, priuatis lectionibus, tam insigni usus solertia ac benevolentia, mihi tradidit, vt, quae ipsi debeam, nunquam satis praedicare possum. Ita studiorum meorum cursu absoluto, postquam ab Hommelio socius libelli, in Philosophorum auditorio defendendi, electus eram, dissertationem *de Neratio Prisco iurisconsulto* conscribere conatus sum, eamque a. d. vigesimum quintum Septembbris anni octogesimi octauis, praefide Richtero, praeceptore optimo, cuius praematura mors iustissimum omni vitae meae dolorem adferet, publice defendi. Quo facto ab illuftri Inrisconsultorum ordine examine, quod pro candidatura et praxi vocant, tentatus, omnino et p[ro]e ceteris dignus indicatus,

C 3

Iuris



Iuris Vtriusque Baccalaurens creatus sum. Iam sequenti anno Gottingam me contuli, ibique per anni spatium viros, quibus illa litterarum vniuersitas gaudet, celeberrimos audiui. Puetterus me docuit historiam imperii Germanici eiusque ius publicum, idemque ingenium meum in elaborandis, quae ad iuris scientiam spectarent, scriptis exercuit. Boehmerum frequentavi ius canonicum tradentem, Rundium ius Germanicum privatum exponentem, Martensium ius gentium Europaeorum posituum illustrantem. Neque a seholis Heynii abesse potui, modo Graecas et Romanas antiquitates, modo archaeologiam exponentis. Spittlerum audiui historiam praecipuarum Europae rerumpublicarum enarrantem, et Schloezerum eorum formam, quae nunc est, proponentem: nec minus denique placuerunt profueruntque, quae de rebus physicis atque historia naturali tradiderunt Lichtenbergius ac Blumenbachius. Tum in patriam urbem reuersus, ab Amplissimo Philosophorum Ordine summos in philosophia honores, in me conlatos, accepi, quorum ut omnia iura mihi vindicarem, postquam altera vice inferiorem philosophorum cathedralm adscenderam, ab Arndtio in societatem libelli defendendi vocatus, ipse e superiori cathedra exercitationem primam *de vita et constitutionibus Diocletiani et Maximiani AA. a. d. vigesimum sextum Septembris anni nonagesimi secundi defendi.* Denique,

quod

quod praeterea addo, ab Amplissimo huius urbis Sel-  
natū Notarius Publicus Caesareus creatus, et a supre-  
mo Regimine Dresdeni confirmatus sum.

Hic Vir hoc ipso mense editis, quae supererant, doctrinæ suæ documentis, scrutinium rigorosum puto, Dissertationem Inauguralem, *De vita et constitutionibus Diocletiani et Maximiani AA.* secundam e Cathedra sine praefide defensam, et praelectiones, quae pro gradu audiunt, in Auditorio no-  
stro habitas, praeter vbertatem doctrinarum iurisscientiae auxiliaticum, simul iurisprudentiam suam non minus ele-  
gantem, quam late patentem nobis omnibus ac singulis approbavit. Doctoralem igitur vtriusque iuris dignitatem cum plenissimo iurium et priuilegiorum ei cohaerentium ambitu, simulque adeo spem in Collegio nostro aliquando secundum ordinem adsidendi, ei bene merenti in pleno con-  
fessu nostro pridie tribuimus, tributamque appensa tabula collegii sigillo munita significamus. Ego vero in hac sola professione, quam officii ratio a me postulat, subsistere non possum. Ut simul potius, quod in me est, in rem publi-  
cam litterariam studio, qui erga amicos animo concedam; Hoc est, vt simul celeberrimae et in Lipsia honoratissimae familiae singulare ornamentum, nostraeque academie vi-  
rum sincero pectori laetus gratuler, qui sit propediem vul-  
neri, quod mors HEBENSTREITII, RICHTERI et SCHOTTI,  
quod amissio IVNGHANSII et KINDII Iuris studio in hac  
litte-



litterarum vniuersitate non leue infixit, aliorum iam masculine  
certantium comitatutu adiutus, medelam saluberrimam allatu-  
rus. Scripsi Lips. Domin. XVIII. post Fest. SS. Trinit. et  
Fest. Michael. A. C. ccccxciii.

**EX OFFICINA SAALBACHIA.**



Leipzig, Diss; 1793

ULB Halle  
004 350 43X


3



f

TA-20L


hur Stck. 6 bisher vermisst



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-127243-p0038-6

DFG



17925.

17934.

ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES  
FACULTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS  
SVPREMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
C V M S P E  
IN COLLEGIO SVO ORDINE ALIQUANDO ASSIDENDI  
VIRO CLARISSIMO  
M. IOANNI CONRADO SICKELIO  
L I P S I E N S I

D. XXVII. SEPTBR. A. C. CCCCCXIII.

COLLATOS INDICANT

---

I N E S T  
R e s p o n s o r . I u r . X X I X .